

pio, Institut. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, in principio, Angelus de Aretio in tractatu de maleficiis, in gloss. verbo, & coelestem vestem, colum. 1. Gandinus in tractat. de maleficiis, titul. de furibus, vers. Sed pone, num. 11. Albericus in d. l. de pecoribus, C. ad l. Aquil. Boët. ubi suprà, Cæpola de servitute juris pascendi, quæst. 6. Surdus de alimentis, titul. 8. privilegio 62. numer. 2. eleganter Doctor Pichar. in §. ceterum 10. ex num. 13. cum pluribus sequentibus, Institut. ad l. Aquil. ubi intelligit in proprio, & genuino sensu, textum in d. l. de pecoribus; de qua etiam egerunt Gedeus ad l. pratum 31. ff. de verborum significat. Osualdus ad Donellum. 15. c. 44. in notis, litera F. 23. Et tali modo reputatur justa & legitima detentio, & inclusio animalium; quod si dominus animalia sic inclusa transportaverit; furti tenebitur, ut docet Afflits in constitutionibus Siciliae, dict. rubrica 36. numer. 11. Et de hac inclusione, & detentione pecudum, videndum est Avend. 1. part. cap. Prætorum, c. 13. Capiclus dec. 45. 24. Si tamen extat ordinatio, seu consuetudo, quod animalia sic inventa in pasturagio vetito detineantur; utique ei indistinctè erit standum, nec de valore tali statuti, aut consuetudinis dubitari potest; ut docet Salicetus in l. Gracchus, colum. 2. vers. ex prædictis, C. ad leg. Iul. de adulter. ubi etiam addit, quod si animal in fundo repertum fugiat, potest fundi dominus illud persequens, occidere; etiam extra fundum: quod etiam probat Decius cons. 199. col. fin. Cæpola in d. tract. de servitut. titul. de servitute juris pascendi, colum. 11. vers. Superest alia quæstio; & notanter ira firmat Gregor. Lopez in d. l. 24. titul. 15. par. 7. in verbo, encierre: versic. item limita; Stephanus Gratianus disceptationum Forens. tom. 1. cap. 80. numer. 8. Azevedo in l. 1. tit. 17. lib. 5. Recopilation. numero sexto, ubi sine distinctione aliqua, id licere agricolis terram colentibus per se, vel per famulos, advertit; & allegat legem 12. titulo septimo, lib. 7. Recopilat. Avendanus ubi suprà, d. cap. 1. n. 13. in principio. De jure vero Regio ista pignoratio, seu animalium inclusio, & detentio, montium custodibus indistinctè, & omni casu, permissa est; ut in l. 1. titul. 17. libr. 5. nova Recopilat. ibi: Pero que los guardadores de los montes, y del pan, y del vino, y de los pastos, y de los terminos, porque son personas publicas, que puedan prender segun sus fueros, y costumbres que han, sin la pena desta ley; & alibi diximus. 26

25. De jure vero Regio ista pignoratio, seu animalium inclusio, & detentio, montium custodibus indistinctè, & omni casu, permissa est; ut in l. 1. titul.

aut vaccæ, illo tempore, lacte spoliatur; quidquid enim emolumenti artulerint, compensari debet cum aliamentis, ex Baldo in leg. 2. C. de partu pign. Alex. in l. s. servus, ff. de pignoratit. actione.

29. Simili modo, si quis locaverit pasturagium pro mercede conventa, competit ei hypotheca in pecudibus, & habet prælationem præ omnibus creditoribus, ut ex leg. hujus, ff. qui potior. observat Anton. de Fano de pignoribus prima parte, 3. membro, num. 14. & sequenti, & in secunda parte, 4. membro, n. 133. & n. 114. Sebastian. Monticellus in §. item Serviana, numer. 43. Institut. de actionibus, Menochitus de recuperanda possessione, remedio 11. num. 8. Plotus in l. se quando, numer. 874. versic. Tertio quero, C. unde vi, Cavaleanus decisione 23. numer. 31. & decisione 44. numer. 47. Surdus de alimentis, privilegio 62. num. 19. Gigans de pension. questione 39. num. 10. Natura consl. 536. num. 8. & 9. & 10. volum. 3.

30. Cum autem animalia detenta, seu pignorata, necessariò ali debeant, ne perirent, ut in l. 4. titulo 15. partit. 7. Afflits in constitutiones Siciliae, libr. 3. rubrica 36. numer. 12. consequenter si in detentione, vel inclusione damnum passa fuerint, detentor, vel qui ea inclusit, tenebitur persolvere; ut in dicto l. 4. partitæ, prosequitur Chassaneus in consuetudinibus Burgund. rubric. 1. §. 5. num. 13.

31. Illud pro coronide meminisse libuit, pecora, & animalia quælibet, etiam Clericorum, & Religiosorum, pignorari, & detineri posse, si inventiantur in pascuo alieno, vel prohibito; quemadmodum aliorum privatorum: ex textu expresso in l. 12. titul. 13. libr. 1. Recopilation. ibi: Y fuere ballado que hazen daño las bestias, y ganados de los Clerigos, que en razon de pagar las penas, y lo que ansí fuere ordenado, todos, as̄t Clerigos, como legos, lo paguen: & in eis potest fieri execucio condemnationis, à Judice laico pro satisfactione damni dati, vel pœnæ incurſæ. Quinimò si judex Ecclesiasticus laicum à tali cognitione, vel processu inhibere tentaverit, vim facit; ut tradunt Gutierrez libr. 1. practic. qu. 4. Azeved. in d. l. 12. titul. 13. lib. 1. Recopilat. Ahumada in

scholiis ad Gregor. Lop. in l. 45. titul. 6. part. 1. gloss. 2. num. 19. Cevallos in tractat. de cognitione per viam violentiæ, questione 11. & ita frequentissimè in hoc Regio conventu practicari vidi, & alibi etiam aliquid in proposito notatum diximus.

CAPUT XIV.

De satisfactione damni à pecoribus facti, quando non constat à quibus factum sit.

SUMMARIUM.

1. Vbi non constat de auctore delicti, frustraneum est de satisfactione damni inquirere.

2. Damnum in pasturagio, vel segetibus factum, ubi non constat à quibus pecudibus fuerit factum, pastori, vel vicini domino pecudum imputandum est; & plura in comprobationem adducuntur.

3. Oppidum, civitas, aut villa, quando ob vicinitatem teneatur ad satisfactionem damni, vel insultus in confinibus praefiti? & latius n. 4.

5. Damnis agrorum, & nemorum, specialius solet per ordinationes municipales, provideri.

6. Statuta, seu ordinationes municipales que ob vicinitatem ad damni satisfactionem obligant; qua ratione justificentur?

7. Damnum, ut quis ob vicinitatem persolvere impetratur: prius debet verificari malefactorem certum inveniri non posse.

8. Confratres de la Mesta, ob vicinitatem ex speciali privilegio eis indulto, ad damni satisfactionem non tenetur.

IN hac quæstione videbatur dicendum, non existente authoris damni probatione, frustraneum esse de satisfactionis jure inquirere, ex regula trita text. in leg. duo sunt Titij, ff. de testamentar. tutela, ibi: Non jus deficit, sed probatio: & quia auctore non probante, nulla potest sequi, aut fieri condemnatio; ut in l. qui accusare, C. de edendo, l. ac torquod affererat, cum vulgatis, C. de probat.

Deinde, quia etsi constet de damno,

& sic de cordibus delicti, juxta l. 1. §. illud, ff. ad Silanianum, tamen hoc non sufficit, necessarium est, quod constet simul de malefactore, ut condemnatio fiat.

Sed licet hæc ita se habeant, tamen quando damnum in pascuo factum est; & non constat, quæ armenta, vel pecora damnum dederint, non ob hoc est deserenda damni prosecutio, ex defensu probationi; sed ejus vice, admitti debet juris præsumptio, quæ dictat in dubio damnum istud imputandum esse pastori, vel domino gregis, viciniori, qui armenta magis propinquæ loco danni, adducebat; ut in l. si ita, §. ult. ff. de fund. instr. & in l. nequid. ff. de incend. ruina, nauf. l. 1. inf. ff. si mensur. falsum mod. dix. & in l. 2. §. domini etiam predicrum, C. his qui latron. & in proposito: ita infirmavit Luc. de Pen. in l. quemadmodum, C. de agric. & cens. versic. Nonage simo præsumitur; Guido Papæ de præsumpt. numer. 108. Francif. Marc. quest. 181. numer. 7. lib. 1. Maranta in l. is potest, numer. 1235. vers. & propter hanc, de acquir. hered. & conducunt tradita per Bald. in l. dominus horreorum, ff. locati, ubi ait, quod quando in aliqua vicinia committitur aliquod maleficium, debent prius vicini, & domestici capi: Tiraquel. tractat. de pœnis temper. causa 23. numer. 10. ubi idem in furtis præsumi observat, dummodo vicinus sit pravae conditionis, & famæ, cum Bald. in d. l. 1. Cod. locati, Angelo de maleficiis, verbo, fama publica: col. 66. Calceano conf. 63. Ventura, & frates, post numer. 2. versi. similiter; Matthæus de Afflict. in constitut. Siciliæ, incipit In questionibus, col. ult. Hippolit. de Margiliis in l. qui falsam, colum. penult. versicul. pro quisbus etiam facit, ff. ad l. Cornel. de falsis; unde Plinius lib. 18. cap. 5. inquit: agrum paratus ante omnia intueri oportere aquarum vim, & vicinum, & Palladius libr. 1. c. 6. similiter pungit, tria mala æquæ nocent: sterilitas, morsus, vicinus, & Plautus in Mercatore, acta 4. scena 4.

Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus.

Aliquid mali esse propter vicinum malum.

& Virgilius in Egloga 1.

Nec mala vicini pecoris contagia leadent.

& Martialis libr. 8. epigram. 55.

Iugera perdiderat misera vicina cremona.

& lib. 6. epigram. 19. ibi:

Non de vi, neque cæde, nec de veneno.
Sed lis est mibi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse farto.

Et ex nostris hoc indicat Lucas de Penna in l. quicunque in verbo, vicinis, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. & multis exemplis illustrat, & ex aliis citat Salustium in bello Iugurthino, ibi: Vti quisque potenti confinis erat sedibus pellebatur, & facit illud Hesiodicum, ibi:

Nec hos intereat, vicinus si improbus ab sit.

Quinimò nec hujus querelæ expers fuit Tiraquel. ubi sup. qui talem cujusdam sui vicini per dolensi nequitiam, & simulationem, d. causa 23. numer. 7. in ff. ita suppresso nomine fatur: Malo enim præteritorum, quam præsentium meminisse, ne vicinum meum nominem, qui nec arborum prolixiorum stare nostre regionis, nec inviolatum seminarium, nec pedamenti quidquam annexum vineæ, nec etiam pectudes negligenter pasci sineret. Quod in proposito exornat, & prosequitur Marcus Cato lib. 1. de re rufica, & Columella eodem tractat. lib. 1. cap. 3. Et ex hoc: cum boni, vel mali vicini, tanta sit disparitas, venditorem fundi in dolo esse, quando confines vicini, & ejus nomen coelavit (si alias emptor, vicino nominato, non esset empturus) deducitur ex l. quod sape, §. ult. ff. de contrab. empt. per quem tex. ait Bald. conf. 482. Magnifici viri, col. 1. lib. 1. quod propter malum vicinum quælibet domus, seu res cadit à sua vera estimatione, & valore, Philip. Cor. conf. 282. circa primam consultationis cœc. lib. 2.

Et ex his fluit, quod licet regulariter nemo ex alterius delicto, seu facto prægravari possit, ut in l. sancimus, C. de pœnis, & in l. 1. C. ut nullus ex vicin. cum valgatis: bene tamen potest fieri statutum, vel ordinatio municipalis; quod damnum factum in confinibus (si author damni ignoratur) a vicino præstetur; & quod civitas, oppidum, vel quælibet communitas, teneatur resarcire tale damnum. Et licet in nostro Castellar Regno hucusque non percepit, quod loci, tale id observetur, in Italia ramen frequentia, & nota sunt hujusmodi statuta, quæ mero jure defendi,

&

& justissima esse, tradit Bal. in l. si quis non dicam rapere, sub num. 17. Cod. de Episcop. & Cleri, & in d. l. ne quid, §. facinora, ff. de incend. rui. & nauf. Calcan. conf. 39. & conf. 63. Grammat. conf. crimin. 22. Cæpola conf. crimin. 18. Parisius conf. 158: numer. 17. lib. 4. Menoch. lib. 5. præsumpt. 31. numer. 19. & 20. Tiraquellus ubi sup. num. fin. Gratian. tom. 1. disceptat. Forens. capit. 171. numer. fin. & in urbe Romana duas esse renovatas, vel editas bullas, seu constitutiones, sanctissimi Pontificis Pij V. tradit Farinac. in praxi, part. 1. quæb. 28. numer. 198. quarum una emanavit anno 1566. 3. nonas Julij, & 1. sui Pontificatus, contra homicidas, bannitos, & facinorosos: Alia vero sub die 8. mensis Junij eiusdem anni 1566. contra dominos locorum, & communitatibus, non custodiéntes eorum territoria. Et utraque cautum invenitur, quod omnes Barones, Domicelli, & Universitates castrorum corundem, ac Civitates, & cætera terræ, & oppida S. R. E. mediætè, & immediate subjecta; eorum terras, villas & territoria quæcunque, à latronibus, sicariis, furibus, & aliis delinquentibus, custodiare, secura, & libera facere teneantur; alioquin, danno dato, ad ejus satisfactionem, ipsas Universitates, oppida, vel Communitates teneri.

4. Et licet in tali casu nullam communiam obnoxiam esse satisfactioni damni, clam, de nocte, vel furtivè patrati, contendant plures adducti ab Osasco decis. Pedemontan. 88. num. 11. Bosio in praxi, tit. de captura, num. 42. Mascardo de probat. conclus. 1413. numer. 21. libr. 3. Menoch. ubi sup. numer. 26. Tamen in hoc, verba constitutionis sunt attendenda: ut si generaliter, vel per verba universalia disponuerit, utique generaliter antesignata procedat opinio: quam, & ampliationibus, & limitationibus, ac sublimitationibus prosequitur Farinac. ubi sup. per varios numeros.

5. Quinimo principaliter, hoc provideri solet, in damnis factis, in agris, vel nemoribus, aut locis inviis, cùm sint aptiora stragibus prædictis, ut consideravit dicta constitutio Pij Quinti, confirmatoria literarum Iuli, & Leonis Decimi, ibi: Quod cum hujusmodi furti delicta, & derobationes fiant in

G 3

sylvis, nemoribus, latebris, & in locis occultis, & secretis, adeo quod sine maxima difficultate, &c.

Nec verò statuta contra Dominos locorum, aut communatibus, alia possunt inniti, aut justificari ratione, nisi quia eis incumbit cura custodiendi agros, & territorium, & ut in eo ne quis damnificetur, ut docet Vulpellus consil. 90. numer. 2. Mascardus & concil. 1413. num. 21. in fine, & hanc rationem reddit ipsa Divi Pij constitutio, ibi: Cum domini confinium prædictorum, illos non custodiendo in præmissis, culpa non careant, Farinacius ubi suprà, num. 206.

Cum autem talia statuta nunquam admittantur, nisi damnificatore non invento, ut suprà dixi; & de consuetudine, ita servari per Thusciam assertat Angelo, Calceano conf. 63. post. num. 4. Osasco dict. decis. 88. numer. 31. Bonacosa in question. crimin. de dann. & incend. clam datis, in principio, versic. hoc statutum, Menochius dict. præsumptione 31. num. 23. & 24. Consequens est, quod, qui agit de satisfactione damni, & intendit sibi persolvi vel à vicino, vel à domino confinium, vel à communitate ubi talis ordinatio fuerit; debet prius verificare, malefactorem non inveniri posse; ut in specie tradit Philippus Corneus consil. 123. volum. 2. Alexand. consil. 47. num. 2. volum. 6. Aymon. consil. 12. lib. 1. in fin. Mascardus concil. 1001. numer. 111. volum. 2. Nec dissentit Bonacosa ubi suprà: ubi etiam declarat, quod si statutum dicat, quod communitas persolvat damnum, si legitimè non constititerit de malefactore quomodo in proposito debeat intelligi illud verbum, legitimè.

Sed de jure nostri Regni, inter alia privilegia, hoc isto in casu fuit, pecuniam negotiationem, seu artem exercentibus (vulgo dictis, hermanos de Meha,) concessum peculiare, jus quod ex præsumptione vicinitatis, seu ordinatione (simili strage in pascuo, vel arboribus facta) non invento, aut legitimè convicto vero damni authere, pro ejus satisfactione adversus eos procedi non possit. Quod alias extra privilegium, & solere, & justè fieri, absque dubio supponit. Et ita speciali sanctione invictissimi, & sapientissimi Philippi II. Regis nostri, Matri

edicta die 5. mensis Iunij. anni 1563. expresse fuit indulatum, quæ in quaterno legum de la Mesta, invenitur, & ejus litera in membra, seu ad partes secta, sic se habet: Sepades, que Pedro de Carvajal en nombre del honrado Concejo de la Mesta de los nuestros Reynos, y hermanos del, nos hizo relacion por su peticion, diciendo, que al tiempo que los pastores de los dichos sus partes, yran con los ganados a los Estremos, y sierras do estavan en ellos herbajando, recibian grandes molestias, y vejaciones, así de vos las dichas justicias, como de vuestros alguaziles, y guardas del campo, y Cavalleros que llaman de sierra, y de otras personas, donde herbajan con los dichos sus ganados, en esta manera: Que si allan algun arbol, o ramas cortadas de algunos montes, donde estavan los dichos ganados paciendo, o que estan cercanos, o hecho otro daño alguno en ellos, aunque no conseje por informacion bastante, que lo ayan hecho los dichos sus partes, pastores, ni criados, salvo por cercania; diciendo, que los atos de los ganados, y pastores que se hallan mas cerca de donde se hallan los tales arboles, y ramas cortadas, o hecho otro daño en ellas, lo han de pagar, &c. & paulo inferiorius, ibi: Lo qual visto por los del nuestro Consejo, fue acordado, que deviamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos tuvimos por bien. Por la qual vos mandamos, que de aqui adelante, quando condenaredes en algunas penas a los hermanos del dicho Concejo de la Mesta, e a sus pastores, y criados, por la corta, y daño de los dichos montes, bagays la dicha condenacion a la persona, o personas que vos constare que hizo la corta, y daño, o lo mando hazer, y no de otra manera alguna. Y mandamos a vos las dichas justicias, que así lo bagays guardar, y cumplir, y contra el tenor y forma dello no vays ni passey, ni confintays yr, ni passar en tiempo alguno ni por alguna manera: y los unos, ni los otros no fagades, ni fagar ende al.

CAPUT XV.

De virtute, & executione sententia condemnationis in alieno pasturagio facti; & de iudicio estimatorum hujus damni, quos vulgo Apreciadores vocamus.

SUMMARIUM.

- 1 Damni traditur diffinitio, & essentia.
- 2 Damni traditur in proposito duplex differentia, & species.
- 3 Damnum, quod afficit fundum, vel agrum, resipicit dominum: quod vero afficit fructus, ad commoditatem, & usum spectat.
- 4 Damnum utriusque speciei, potest concurre, & considerari in pascuo.
- 5 In executione sententia condemnationis damni, duos casus occurtere solent: & primus, quando in sententia, damni praestiti mentio expressa, seu condamatio non sit.
- 6 Sententia, in qua precipitur, quod quis agrum, vel pascuum restituat, vel in pristinam qualitatem reducat; an saltem virtualiter damni satisfactio- nem contineat?
- 7 Expenduntur in proposito iura in l. 3. §. si reddita, ff. commodati: & in l. 1. §. si res, ff. depositi, & in l. 1. §. qui autem, ff. de vi, & vi armata.
- 8 Restitutionis verbum, utram satisfac- tionem damni contineat?
- 9 In restitutione rei pristinus status atten- ditur.
- 10 Condemnatus ad restitutionem rei, fructus tanquam damna praestare te- netur.
- 11 Referuntur Doctores, qui affirmant in condemnatione rei, venire etiam damna.
- 12 Sententia non recipit extensionem, nisi quatenus ex ea aliquid necessario infertur.
- 13 Sententia debet interpretari, ut minus noceat.
- 14 Sententia comprehendit ea omnia quae in naturalem consequentiam veniunt.
- 15 Sententia restitutionis ex vi compre- hensiva, importat damni satisfa- ctionem.

16 Damnum

Caput X V.

- 16 Damnum, quod ex sententia, vel con- demnatione restituui debet; intelligitur, non solum ante & post litis contestationem, verum etiam post sententiam, usque ad executionem, praestitum, & causatum.
- 17 Damni appellatione, anveniant ex- pensa?
- 18 Damnum in sententia quandoque ex- pressum inest, quandoque vero legale; & quomodo executio debeat fieri, ut persolvatur.
- 19 Damnum, ut liquidetur, approbatio solet fieri per testes, instrumenta, & per estimatores, (vulgò Appreciadores,) & in hac liquidatione, quis ordo debeat servari? que exceptiones admittantur, & ad liquidationis judi- cium spectent? traditur remissive.
- 20 Deteriorationes, quando cum meliora- mentis compensentur.
- 21 Estimatores damni, quandoque consue- tudine, vel statuto municipali, sunt assignati: & eis fides est adhiben- da.
- 22 Peritis in arte, qualibet in re, creden- dum est.
- 23 Estimatores, qui deponant de damno, ad minus debent esse duo.
- 24 Estimatores, antequam estimationem faciant; debent prestare juramentum de bono, & aquo.
- 25 Estimatorum juramentum, credulitatis potius, quam veritatis est.
- 26 Estimatores si in oppido publice depu- tati non sint: a partibus eligentur: ut de pascui damno deponant, & iudicium faciant.
- 27 Estimatores, si sunt discordes, non possunt eligere tertium sed hoc spectat ad litigantes.
- 28 Estimatores damni, recusari possunt.
- 29 Estimatorum iudicium, utrum sit ap- pellabile quod utrumque effectum tra- ditur remissive.

Plura circa materiam damni, & ejus satisfactionem, occurabant dicenda. Verum, ut saepius ex promisso voto arrideam; tantum quæ in speciali materia pascui, crebro in praxi, scitu digna se offerunt, brevi perstringam sermone.

- 1 Itaque cum damnum dicatur quælibet rei diminutio, seu laesio, ut docet Paulus de Castro in l. 3. in fine. ff. de damno infecto, Anton. Franc. in tractatu de eo quod interest, numer. 5. volum. 8.

tractat. Doctorum: Burgos de Paz in pro- prio legum Tauri, num. 148. Duplex in proposito solet considerari; Alterum, quod afficit ipsum fundum, vel agrum, ut in l. 1. §. Si res, ff. d. positi, ibi: Si res deposita deterior redditur, l. qui sibi 33. qui Stichum. & §. item, ibi: Qui homi- nem dare promisit, & vulneratum à se offert, non liberatur, ff. de solut. l. mu- lieris 13. §. res abesse, ff. de verb. sig. ibi: quarum corpus manet, sed forma mutata est; & ideo si corrupta redditæ sunt, vel transfigurate, videri abesse: quod quidem perpetuum dici solet. Alterum, quod tantum afficit fructus; quod tempora- le ab Interpretibus nuncupatur. Unde primum respicit Dominum: Secundum autem commoditatem utensilium taxat. Et ideo regulariter dicitur, quod emphyteuta deteriorando rem ipsam, amittit emphyteus; non ve- ro, quando deterioratio est in fructibus, ex Baldo in authentic. qui rem, nu- mer. 2. C. de sacrosanctis Ecclesiis, quem ibi sequuntur Raphael Fulgosi, Pau- lus Castr. & alij, Alexand. conf. 118. num. 7. lib. 5. Iaf. conf. 17. num. 11. & in l. 2. num. 9. 8. C. de iure emphyt. Ripa respons. 27. num. 7. titul. de iure emphyt. volum. 2. Beroius conf. 120. num. 30. & sequenti, libr. 1. Rolandus à Valle conf. 49. num. 20. & 21. lib. 2. Riminald. Junior conf. 355. num. 22. Mantica de contract. lib. 2. tit. 29. n. 22.

Et utrumque damnum in loco, seu fundo pascui, potest utique contingere. De primo exemplum erit; veluti si area pascui rumpatur, aut colatur, & mutetur ejus forma, vel glandium quercur, aut arbores scindantur, aut vineis, seu oliveris, fundus pascui novelletur, seu in eo alia plantatio fiat, de quo & alibi diximus. De se- cundo; quando herba comeditur; seu devastatur à pecudibus intrùs immis- quod & frequentissime accidit.

Supposita igitur utriusque damni differentia circa sententiam, in cuius executione pars læsa intendit sibi de damno satisfieri; ne ancipiter procedamus, duo casus sunt constituendi.

Primus erit, quando in ipsa senten- tia damni praestiti expressa mentio, seu condemnatio non sit, sed tamen pars condemnatur, ut fundum, vel agrum pascui mutati, seu devastati, ad pristinam formam reducat, vel fun- dum occupatum dimittat, vel resti- tuat: